



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae  
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros  
distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XLIII. Ad Marcellam. Post priorem epistolam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**

Alijs dulcia placeat, nonnullos subamara de-  
stant horum stomachum acida renovant, illon-  
salsa sustentant. Vidi ego nauseam, & capitis vi-

\* quod. tiginem antidoto, \* quæ appellatur *winega*, &  
fanari, & juxta Hypocratem contrariorum co-  
traria esse remedia. Itaque nostram amarum

*Exod. 15.* nem illius nectareo melle curato, & mitte in  
ra lignum crucis: senilemque pituitam juve-  
austeritate compesce, ut possis læta cantan-

*P. 118.* Quàm dulcia gutturi meo eloquia tua, su-  
mel orimeo.

*XLIII Hieronymus Marcella.* Respondet obirri-  
toribus, seq; purgat, quod è Gracis & Hebrai-  
cis literis quadam jam recepta in sua ver-  
sione Bibliorum Latina mutarit,

**P**ost priorem epistolam, in qua de Hebri-  
verbis pauca perstrinxeram, ad me reper-  
peratum est, quosdam homunculos mihi studi-  
sè detrahere, cur adversum authoritatem vnu-  
rum, & totius mundi opinionem, aliqua in Eva-  
gelij emendare tentaverim. Quos ego cùm pa-  
sem meo jure contemnere (Asino quippe lyra  
perflue canit:) tamen ne nos superbiæ, ut faci-  
solent, arguant, ita responsum habeant: non ad  
hebetis me fuisse cordis, & tam crassæ rusticata  
(quam illi solam pro sanctitate habent, pisco-  
rum se discipulos asserentes, quasi idcirco san-  
sint, si nihil scierint) ut aliquid de Dominicis va-  
bis aut corrigendum putaverimus, aut non di-  
nitus inspiratum: sed Latinorum codicium viri-  
tatem, quæ ex diversitate librorum omni-

co

comprobatur, ad Græcam originem, unde & ipsi  
translata non denegant, voluisse revocare. Qui-  
bus si displiceret fontis unda purissimi, cœnosos ri-  
vulos bibant: & diligentiam, quā avium sylvas &  
concharum gurgites nōrunt, in scripturis legen-  
dis abjicunt: sintque in hac tantum re simplices,  
& Christi verba existimant rusticana: in quibus  
pertanta iam sœcula tantorum ingenia sudave-  
runt, ut rationem verbi uniuscujusque magis  
opinatis sint, quām expresserint. Apostolum ar-  
guant imperitiæ, qui ob multas literas insanire  
dicatur. Scio tē, cūm ista legeris, rugare frontem,  
& libertatem meam rursum seminarium timere  
rixarum, meumque si fieri potest, os dígito vel-  
le comprimere, ne audeam dicere, quæ alij facere  
non erubescunt. Rogo, quid à nobis liberè di-  
cūtum est? nunquid in lancibus idola cœlata descri-  
psi? Nunquid inter epulas Christianas virginali-  
bus oculis baccharum satyrorumque complexus  
innexui, aut unquam aliquem amarior sermo pul-  
savit? Nunquid ex mendicis divites fieri dolui?  
Nunquid reprehendi hæreditarias sepulturas?  
Unum miser loquitus, quod virgines sæpius de-  
berent cūm mulieribus esse, quām cum masculis,  
totius oculos urbis offendit, cunctorum digitis no-  
tor. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, *Ps. 68.*  
qui oderant me gratis, & factus sum eis in para-  
bolam: & tu putas aliqua esse me deinceps locu-  
turum? Verūm ne Flaccus de nobis redeat, Am-  
phora cœpit Institui, currente rotâ cur urceus ex-  
it? revertamur ad nostros bipedes asellos, & illo-  
rum in aure buccinā magis, quām cythará con-  
crepemus. Illi legant, Spe gaudentes, tempori *Rom. 12.*

ser-

D 7

AG. 26.

A 11  
45

D. HIERON. EPIST.

64 servientes nos legamus, Spe gaudentes, Domini servientes. Illi adversum presbyterum accusationem omnino non poterint recipiendam: nos gamus, Adversus presbyterum accusationem receperis, nisi sub duobus aut tribus testibus. Per cantes autem coram omnibus argue. His placeat humanus sermo, & omni acceptione dignos nos cum Græcis, id est, cum Apostolo, qui Gratianus loquutus est, erremus, Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Ad extreum illi gaudeant tubae. Gallus enim fuerat, qui super emendationem detraherat gallicis cauterijs: nos soluti vinculi & in Salvatoris mysterium preparatus Zachariæ asellus ille delectet, qui postquam Dominus terga præbuit, cœpit Esaiæ consonare præconem. Beatus qui seminat secus omnem aquam, ubi studij & asinus calcant.

\* fortè  
ministérium.  
*Zach. 9.*  
*Matt. 21.*  
*Esa. 32.*

*XLIV. Hieronymus Marcella. Principium est epistola, quā ad questionem à Marella propositam respondetur.*

**S**criptolare officium est, de re familiaris, aut quotidiana conversatione aliquid scribere, quodammodo absentes inter se præsentes fieri mutuoque quid aut velint, aut gestum sit, nuntiare: licet interdum confabulationis tale convivium, doctrinæ quoque sale conditatur. Verum dum tota in tractatibus occuparis, nihil mihi scribis, nisi quod me torqueat, & scripturas legendas compellis. Denique heri famosissima questione proposita postulasti, ut quid sentirem, statim scriberem. Quasi vero Pharisæorum tenebam